

JOSEP HERNANDO i DELGADO

EL TESTAMENT DE JAUME MARC, SENYOR
D'ERAMPRUNYÀ,
PARE DELS POETES JAUME I PERE MARC
I AVI D'AUSIÀS MARC

És prou coneguda la polèmica protagonitzada per historiadors catalans i valencians sobre els orígens, catalans o valencians, del poeta Ausiàs Marc.¹ No és el nostre propòsit d'entrar-hi. Tanmateix, la troballa i la consegüent publicació immediata del testament de Jaume Marc, dit "primer" (Jaume Marc I), per distingir-lo del seu fill, el poeta Jaume Marc II, pot servir a fer llum, i també a posar pau, sobre alguns aspectes dubtosos de la seva biografia, en especial el nombre i nom dels seus fills i la data de la seva mort. El testament, atorgat el dia 26 de maig de 1369 i publicat el dia 16 d'octubre de 1375, es troba en l'Arxiu Històric de Protocols de Barcelona i ocupa els folis 68v-73r del *Secundus liber testamentorum* 1364 - 1387, de Guillem de Sant Hilari, notari públic de la ciutat de Barcelona.

1) Vegeu Francesc de BOFARULL Y SANS, *El castillo y la baronia de Aramprunyà*, Barcelona 1911; Amedée PAGÈS, *Ausias March et ses prédécesseurs*, París 1912; Antoni ROVIRA I VIRGILI, *Història Nacional de Catalunya*, Barcelona 1931, VI, 121-123; Rafael CARRERAS I VALLS, *Noves notes genealògiques dels poetes Jaume, Pere, Arnau i Ausiàs March, segons documents inèdits*, dins "Estudis Universitaris Catalans", XVIII (1933), 309-332; Lluís FULLANA, O.F.M., *Los caballeros de apellido March en Cataluña y en Valencia. Contribución documental para su estudio*, Castellón de la Plana 1936; Amedée PAGÈS, *Les origines paternelles d'Ausias March d'après de nouveaux documents*, dins "Bulletin Hispanique", L (1948), 313-332; Ausiàs MARCH, *Poesies*, a cura de Pere BOHIGAS, col. Els nostres clàssics 71, 11 i ss.; Martí de RIQUER, *Història de la literatura catalana*. II. *Part antiga*, Barcelona 1984, 43 i ss.

En fer testament, Jaume Marc I, armat cavaller per Pere III el 1360 i pel qual la família Marc formà part de la noblesa, tenia dotze fills: Blanca, Ramona, Clara, Isabel, Bartomeua, Constança, Violant, Berenguer, Francesc, Lleó, Pere i Jaume. Més fills, per tant, que els que consten segons la bibliografia, però no ens diu res d'un altre, Arnau, que alguns també esmenten.

Jaume Marc I llega a la seva filla Blanca, esposa del donzell Guerau de Gualba, 300 sous i li confirma els béns donats en temps de les seves noces, essent substituïda, si moria sense descendència, pel seu germà Jaume, el poeta, hereu del castell d'Eramprunyà. Llegà 200 sous a cada una de les seves filles Ramona i Clara, monges del monestir cistercenc de *Gratia Dei*, conegut popularment com "de la Saïda". A Isabel, monja del monestir de Santa Maria de Pedralbes, de l'orde de Santa Clara, li llega 200 sous de violari. Llegà deu lliures a cada una de les seves filles Bartomeua, Constança i Violant, totes esposades, essent substituïdes, si morien sense descendència, pel seu germà Pere, el poeta, hereu dels béns familiars en el regne de València. A Berenguer, de l'orde de Montesa, li llega 10 lliures. A Francesc, batxiller en decrets, li llega 3000 sous, provinents de la venda de quatre llibres de dret, i 5000 sous per a la seva provisió, a raó de 1000 sous cada any, mentre estudiï, i per a la compra de llibres. Llegà 1000 sous a Lleó i li confirma la donació feta de la seva casa i dels 7000 sous donats en el temps de les seves noces. A Pere, el poeta i també cavaller, el pare d'Ausiàs Marc, li confirma la donació que li féu dels béns familiars en el regne de València i li llega 1000 sous i diversos drets, essent substituït, si moria sense descendència, pel seu germà Jaume. Tots els altres seus béns, mobles i immobles, tots els seus drets i accions, qualsevulla que siguin, els deixa al seu fill Jaume, el poeta, dit també Jaume Marc II, ja heretat del castell d'Eramprunyà, herència que li és confirmada ara. Serà substituït en l'herència pel seu fill, i nét de Jaume Marc I, Joan. Aquest, en cas de morir sense descendència, ho serà pel seu oncle Pere, el poeta i hereu dels béns familiars en el regne de València. El fill d'aquest, Joan, el substituirà en morir. Aquest, si no tenia descendència, ho serà per Blanca, la seva tia, filla de Jaume Marc I. Aquesta serà substituïda, de manera successiva, per les seves germanes Bartomeua i Constança. I aquestes, per llur germà Francesc, batxiller en decrets, sempre que no pertanyi a l'orde clerical. En tot cas, l'hereu, el més pròxim en grau de parentiu de Jaume Marc, i preferint sempre els mascles, haurà de portar el cognom Marc i fer ús en armes i segell del signe dels Marc.

El testament fou publicat el dia 16 d'octubre de l'any 1375. Jaume Marc I, per tant, ja havia mort, i no pas, com diuen alguns, l'any 1379.²

APÈNDIX DOCUMENTAL

Castell d'Eramprunyà. 1369 Maig 29.

Jaume Marc, cavaller, conseller del rei i senyor del castell d'Eramprunyà, atorga testament i elegeix com marmessors Jaume de Vallseca, llicenciat en lleis, Jaume Fivaller, Joan de Vall i Jaume de Bessanta, ciutadans de Barcelona. Elegeix ésser soterrat en la capella de Santa Maria de l'església del convent dels Frares Predicadors de Barcelona. Llega diverses quantitats, entre d'altres, als seus fills, que són confirmats en donacions anteriors, Blanca, Ramona, Clara, Isabel, Bartomeua, Constança, Violant, Berenguer, Francesc, Lleó, Pere i Jaume. Pere és confirmat en l'herència dels béns familiars del regne de València i Jaume ho és en l'herència del castell d'Eramprunyà.

AHPB, Guillem DE SANT HILARI, *Secundus liber testamentorum* 1364 - 1387, fols. 68v-73r.

In^a nomine Domini nostri Ihesu Christi. Ego Iacobus^b Marchi, miles et consiliarius domini regis ac dominus castri de Alapruyano, detentus^c in infirmitate, attamen in meo pleno sensu, sana et integra memoria, facio et ordino testamentum. Et eligo manumissores et executores huius mei testamenti seu ultime voluntatis venerabiles Iacobum de Valle Sicha, in legibus licentiatum, Iacobum Fivallerii, Iohannem de Vallo et Iacobum de Bessanta, cives Barchinone. Quos, sicut carius possum, deprecor eis que plenam dono et confero potestatem quod, si me mori contigerit, antequam aliud faciam testamentum, ipsi distribuant et ordinent de bonis meis, prout inferius scriptum invenerint et contentum. Et si forsam omnes dicti mei manumissores hiis exequendis nequiverint aut noluerint interesse, tres aut duo ipsorum nichilominus exequantur. Primum volo et mando quod omnia debita mea solvantur^d et omnes iniurie, ad quarum restitutionem tenear,

2) Publiquem el testament seguint les mateixes normes de què hem fet ús en el nostre treball, publicat aquí mateix, *L'ensenyament a Barcelona, segle XIV. Documents dels protocols notariais*, 148-149.

restituatur de bonis meis breviter, simpliciter, sumarie et de plano et absque strepitu et figura iudicii, secundum Deum et forum anime, prout hec probari poterunt vel hostendi per testes vel instrumenta aut alia legitima documenta. Volens quod adhibeatur fides cuidam cedulae scripte manu mea. Quam cedulam ego teneo in posse meo clausam et sigillatam cum tribus sigillis anuli mei.

Eligo sepulturam corpori meo in monasterio Ffratrum Predicatorum Barchinone, in capella Beate Marie, constructa in dicta ecclesia Fratrum Predicatorum. Quam capellam contruhi et edificari fecit venerabilis Petrus Marchi, quondam, pater meus.

Accipio autem de bonis meis pro anima et sepultura et pro quibusdam legatis infrascriptis quinque mille solidos monete Barchinone de terno. De quibus dimitto mense conventus dictorum Ffratrum Predicatorum, pro pietantia, centum solidos. Item, operi Sedis Barchinone / seu confratrie eiusdem et ratione ipsius confratrie, decem libras. Item, dimitto confratrie Beati Iacobi civitatis Valentie, de qua sum confrater, decem libras. Et hoc in satisfactione, si de aliquo teneor, confratribus mortuis. Et volo quod ultra dictas decem libras solvantur viginti solidi, quos debeo dare dicte confratrie in obitu meo, et quod confratres faciant officium assuetum. Item, dimitto conventui Ffratrum Minorum Barchinone, pro pietantia, quinquaginta solidos. Item, conventui Ffratrum Sancti Agustini, Beate Marie de Carmelo et Beate Marie de Mercede Captivorum, utriusque ipsorum, pro pietantia, viginti solidos. Item, cuilibet operum ecclesiarum parochialium Barchinone, scilicet cuilibet ipsorum, in quibus operantur, quinque solidos. Item, ecclesie parochiali Sancti Michaelis de Arapruyano, iure parochianatus, quinque solidos. Et in ornamentis ipsius ecclesie, viginti solidos. Item, capelle^e Sancte^f Marie de Brugeriis, in ornamentis seu operibus^g ipsius capelle, viginti libras. Item, dimitto a *Na Gila*, que lactaverit venerabilem dominam Blanquinam, filiam meam, uxorem venerabilis Geraldi de Gualba, domicelli, centum solidos. Item, dimitto Raymundete et Clarete, filiabus meis, monialibus monasterii *de la Saydia* regni Vallentie, utriusque earum, ducentos^h solidos. Et in hiis et in aliis, que eis seu dicto monasterio pro eis dedi, eas michi heredes instituo. Et quod faciant difinitionem Iacmono et Pericono, filiis meis, nisi iam fecerint. Item, dimitto ffratri Berengarono Marchi, filio meo, ordinis Beate Marie de Muntesió, iure institutionis, decem libras. Et quod diffiniat bonis meis et quod laudet et confirmet donationes quas feci et hereditamenta de dicto castro meo de Arapruyano Iacmono Marchi, filio meo, et de bonis que habebam in regno Vallentie Pericono Marchi, militi, filio meo. Item, dimitto Raymundo de Matarone, consanguineo meo, ducentos solidos. Item, dimitto cuilibet dictorum manumissorum meorum, pro honere manumissorie, quinquaginta solidos. Totum vero ressiduum dictorum quinque mille solidorum, facta mea sepultura, quam mando fieri bene et honorifice ad cognitionem dictorum manumissorum meorum, et completis legatis predictis, volo per dictos manumissores distribui et erogari amore Dei pro / anima mea in piis causis, tam intra terminos castri de Arapruyano quam extra, ad dictorum meorum manumissorum cognitionem.

De aliis vero bonis meis volo quod emantur ducenti solidi de violario de vita sororis Isabelis, filie mee, monialis monasterii Sancte Marie de Petris Albis. Quod violarium sibi dimitto. Et in hiis que ipsi seu dicto monasterio pro ea dedi, eam michi heredem instituo. Et quod difiniat bonis meis seu difinitionem faciat cum clausulis et renuntiationibus, ut est fieri assuetum, taliter quod valeat. Item, dimitto Ffranciscono Marchi, bacalario in decretis, filio meo, illos tres mille solidos, quos habui seu ipse habuit de quatuor libris iuris. Qui quatuor libri venditi fuerunt a *n Carcasona de Leyda*. Et pretium predictum fuit solum in tabula cambii Bernardi Bertrandi, camporis Barchinone. Et ultra

hoc lego sibi quinque mille solidos, de quibus provideatur sibi in studio et de quibus emanant sibi libri. Et quod diffiniat seu diffinitionem faciat aliis bonis meis. Et quod firmet et laudet donationem, quam feci de dicto castro meo de Arapruyano dicto Iacomo Marchi, filio meo, cum titulis et renuntiationibus utilibus et necessariis, et ut alii filii renuntiarunt. Volens et ordinans quod ipse Ffrancisconus habeat dictum legatum, si adiscere et continuare voluerit studium. Si autem ipse Ffrancisconus non renuntiaret vel dimitebat studium, sic quod non continuaret ipsum studium, volo quod careat dicto legato. Et in isto casu iure institutionis dimitto sibi dictos tres mille solidos. Volens nichilominus et ordinans quod, si ipse Ffrancisconus de bonis seu redditibus Sancte Matris Ecclesie haberet centumⁱ libras in redditibus vel ultra, quod cesset dictum legatum dictorum quinque mille solidorum. Ordinans et providens quod heres meus infrascriptus non cogatur solvere ipsos quinque mille solidos insimul, sed solum usque ad quantitatem mille / solidorum quolibet anno. Et in hiis et sub dictis [..],^k conditionibus et formis ipsum Ffrancisconum, filium meum, michi heredem instituo. Item, Ffrancisconam, servam et captivam meam, dimitto^l liberam et alforram.ⁱ Et nichilominus sibi dimitto ac lego et dari volo de bonis meis unum matalafium et unum traversserium, duo paria linteaminum de estupa, unum cohopertorium et unam flasciatam. Item, laudo et approbo Pericono Marchi, militi, filio meo, donationem quam sibi feci de hospitio, sensualibus et *de la Exerea* et de aliis bonis meis regni Vallentie. Et ultra predicta dimitto dicto Pericono, filio meo, mille solidos dicte monete. Dimitto etiam sibi Michaletum, captivum meum, quem ipse michi dederat. Et in hiis ipsum Periconum michi heredem instituo. Et si ipse Periconus, filius meus, decederet quandocumque, sive in vita mea sive post, sine liberis legitimis et naturalibus, quod revertantur ea, que sibi dimitto, heredi meo infrascripto. Et si dictus Periconus obiret cum liberis, qui obirent infra pupillarem etatem vel postea quandocumque sine liberis de legitimo et carnali matrimonio genitis, in hiis cassibus et utroque ipsorum volo quod predicta revertantur heredi meo universali infrascripto. Volens et ordinans quod ipse Periconus habeat satisfacere et convenire se cum filiabus meis, scilicet cum domina Bartholomeua et domina Constantia, de omnibus hiis in quibus eis seu alteri earum tenear quacumque ratione. Item, dimitto dictis dominabus Bartholomeue, Constantie et Violanti, scilicet cuilibet earum, decem libras iure institutionis. Et in hiis et aliis, que eis dedi tempore nuptiarum suarum, eas michi heredes instituo. Volens et ordinans quod vincula, substitutiones seu condiciones per me apposita seu apposite in dote seu donationibus factis dictis filiabus meis seu alteri earum, seu in aliis contractibus initis sive factis in regno Vallentie, si morentur sine liberis seu alitercumque, nunc vel in futurum, tam in ultima voluntate quam in aliis contractibus inter vivos, totum ipsum ius pertinet et spectat et pertinere et spectare volo dicto Pericono et liberis suis, et etiam ius patronatus capelle Sancti Marchi constructe in Sede Valentie et alia iura patronatus,^m et quecumque alia temporalia sive spiritualia sive mixta que / habeam in dicto regno. Que capella habet et recipit in dicto regno Valentie sensualia infrascripta: Primo, facit et facere assuevit dicte capelle seu beneficiato suo nomine eiusdem capelle Arnaldus Coma pro quodam hospitio, quod est in civitate Vallentie, in nuda perceptione absque laudimiis et fatichis, centum solidos. Item, domina Vincentia pro quodam ffurno, vocato *de la Moreria*, in nuda perceptione, octuaginta solidos.ⁿ Item, Bernardus ça Volta pro quadam alqueria, vocata *de Binata*, cum laudimiis et fatichis, sexaginta solidos. Item, domina Bernarda pro quodam hospitio in nuda perceptione, centum solidos. Item, Mameta, capellera, pro uno hospitio in nuda perceptione, quinquaginta quatuor solidos.^o Item, heredes Petri Arnaldi de Palaciolo pro quadam alqueria, que est abinata contigua predictae alquerie, cum laudimiis et fatichis,^p duobus caficis et duabus faneguis^q frumentii. Item, Dominicus Puyoll *d'Almacera* pro quadam pecia terre, vinea plantata, cum laudimiis^r et fatichis,^s septem solidos. Item, debet dictus Dominicus Puyoll mille quingen-

ros solidos pro intrata, de quibus debet emere centum solidos censuales ad opus dicte capelle. Item, Berengarius Bonell pro quadam pecia terre, vinea *plantada*, cum laudimiis^f et fatichis, septem solidos. Item, Ffrancischus^u de Senya pro alia pecia terre, vinea plantata, cum laudimiis^v et fatichis,^w septem solidos. Item, Iacobus Calm pro alia pecia terre, vinea plantata,^x cum laudimiis^y et fatichis,^z septem solidos. Item, Dominicus Codeyn pro alia pecia terre, vinea plantata, cum laudimiis et fatichis,^{ab} septem solidos. Item, Dominicus Torres pro alia pecia terre, vinea plantata, cum laudimiis^{ac} et fatichis,^{ad} septem solidos. Item, Pascalis d'Alós, cursor, pro alia pecia terre, vinea plantata, cum laudimiis^{ae} et fatichis,^{af} sex solidos tres denarios et obolum. Item, Bartholomeus Torres, qui manet^{ag} in Almaçora, pro quadam pecia terre cum laudimiis^{ah} et fatichis,^{ai} sex solidos septem denarios et obolum. Item, domina Guillelma Matoses, que manet a *Alboraya*, pro alia pecia terre cum laudimiis^{ak} et fatichis,^{al} sex solidos septem denarios et obolum. Item, Petrus Fortuyn, vicinus Vallentie, pro alia / pecia terre cum laudimiis^{am} et fatichis,^{an} sex solidos septem denarios et obolum. Item, Iacobus de Colle, vicinus Valentie, pro uno hospicio, in quo manet, cum laudimiis et fatichis, decem et octo solidos.^{ao} Item, facit *la Foya d'Alfófar* absque laudimiis^{ap} sed cum fatichis,^{aq} prout patet per publicum instrumentum, triginta solidos. Item, debet pro intrata cuiusdam vinee, que fuit Antonii^{af} Solerii, decem libras. Sunt de illo quod emit Bernardus Maior de intratis^{as} vinee, que fuit Athonii^{at} Solerii. Et fuerunt dicti denarii^{au} centum sexaginta solidi et decem denarii.^{av} Item, debentur de dictis intratis,^{aw} prout dixit michi dictus Bernardus Maior, decem libre. Sunt omnes denarii^{ax} dicte capelle sensualis mortui trecenti^{ay} sexaginta et quatuor solidi. Item, illi denarii^{az} sensualis vivi, centum quadraginta sex solidi et duo denarii.^{ba} De predictis vero centum quadraginta sex solidis et duobus denariis^{bb} sensualis vivi volo et mando quod laudimia et fatice, in posterum habita, dentur amore Dei pro anima venerabilis Berengarii Marchi, fratris mei, defuncti. Predictum vero^{bc} sensuale assigno capellano dicte capellanie et aliis capellanis ipsius capellanie successive sub tali retentione, forma et conditione: quod de predictis centum quadraginta sex solidis et duobus denariis sensualis vivi, parum plus vel minus, volo quod laudimia et fatice, in posterum inde habita, dentur amore Dei pro anima dicti venerabilis Berengarii Marchi. Et instituo quod^{bd} heres meus^{be} universalis, dicto beneficio assignato, qui capellaniam dabit, quod quando recipiat dicta laudimia seu faticas de dictis sensualibus, debeat dare amore Dei pauperibus verecundantibus seu missis celebrandis pro anima dicti venerabilis Berengarii Marchi, fratris mei, et successores sui, qui ipsum beneficium poterint assignare tempore quo vacaverit. Item, volo quod, si aliquo tempore contigerit redimere dicta sensualia mortua vel aliquam partem eorum et^{bf} in posterum de peccunia inde habita emere sensualia viva, quod omnia laudimia et fatice dentur amore Dei pro anima dicti venerabilis Berengarii Marchi, ut supra dictum est de aliis^{bg} sensualibus vivis. Volo tamen et instituo quod dictus Petrus Marchi, filius meus, et sui sensuale^{bh} predictum colligant et recipiant ach colligi / et recipi faciant et per manus ipsius seu ipsorum dictus capellanus et alii capellani ipsius capellanie successive habeant et recipiant et non aliter, cum a manibus seu possessione mei vel ipsorum nolim dictum sensuale abstrahi. Item, dimitto dicte domine Blanquine, filie mee, ducentos solidos. Et in hiis et aliis que sibi dedi suarum tempore nuptiarum, eam michi heredem instituo. Et si ipsa Blanquina mori contingat quodcumque sine liberis legitimis et naturalibus, substituo sibi heredem meum universalem infrascriptum, exceptis quinque mille solidis, de quibus possit restari, ut in instrumentis suis nuptialibus latius continetur. Item, dimitto Leoni Marchi, filio meo, mille solidos, et confirmo sibi donationem quam sibi feci de hospicio meo et de septem mille solidis tempore sui matrimonii.

Omnia vero alia bona mea, mobilia et immobilia, et iura et actiones meas etiam univer-

sas, quecumque sint et etiam ubicumque, dimitto Iacmono Marchi, filio meo, iam hereditato de dicto castro de Alapruyano. Quam donationem et hereditamentum, quam et quod sibi feci tempore nuptiarum^{bi} suarum, laudo, approbo et confirmo, instituens eundem Iacmonum michi heredem universalem. Et si ipse Iacmonus moriatur in vita mea sive post et cum aliis liberis, substituo sibi et michi heredem instituo^{bk} Iohanetum Marchi, nepotem meum sive *nés*, filium dicti Iacmoni. Verum, si dictus Iohanetus non viveret, substituo ipsi Iacmono, filio meo, alium filium masculum maiorem natu, quem haberet. Et sic de uno ad alium filios dicti Iacmoni dictum castrum et hereditatem meam pervenire volo. Ceterum, si dictus Iacmonus seu filii sui masculi morerentur quodcumque, filiis masculis legitimis et naturalibus non relictis, dictum Periconum Marchi, filium meum, eis substituo et michi heredem universalem instituo. Et si ipse Periconus Marchi tunc non viveret, substituo dictis Iacmono et filiis suis masculis, decedenti seu decedentibus sine filiis / masculis legitimis et naturalibus, ut est dictum, Iohanetum Marchi, nepotem meum sive *nés*, filium dicti Periconi Marchi, si viveret. Et si non viveret, alium filium masculum et maiorem natu^{bl} ipsius Periconi. Et sic de uno ad alium ista substitutio inter filios masculos ipsius Periconi devolvatur. Verum, si dicti Iacmonus et Periconus deficerent, ut est dictum, et filii eorum masculi morerentur sine filiis masculis legitimis et naturalibus, in hiis cassibus et utroque ipsorum substituo ei seu eis, sic decedenti seu decedentibus, dominam Blanquinam, filiam meam, predictam, si viveret. Et si non viveret, eius filios masculos de legitimo et carnali matrimonio. Et si ipsa domina Blanquina tales filios masculos non haberet, substituo eis dominam Bartholomeuam, filiam meam, si viveret. Et si non viveret, eius filios masculos de legitimo et carnali matrimonio. Et si ipsa domina Bartholomeua non viveret et tales filios masculos non haberet, substituo predictis omnibus filiis, filiabus et nepotibus meis sive *nés* dominam Constantiam, predictam, si viveret. Et si non viveret, eius filios masculos de legitimo et carnali matrimonio procreatos. Et si omnes predicti filii filieque et nepotes sive *nés* deficerent, substituo predictis et michi heredem instituo Ffrancischonum Marchi, filium meum, si tamen non esset in sacris ordinibus constitutus seu in ordine religionis ingressus. Nam expresse prohibeo quod filii seu filie, nepotes sive *nés*, qui et que nunc sunt seu erunt decetero in sacris hordinibus constituti seu constitute, seu in ordine religionis ingressi seu ingresse, non succedant seu succedere possint in dictis castro et hereditate mea. Et si dictus Ffrancischonus decederet quodcumque sine filiis masculis, substituo sibi proximiorum michi in gradu, scilicet si aliquis masculini sexus viveret de filiis, nepotibus sive *nés* sive nepotibus sive *nabots*. Et deficientibus masculis, volo quod filie sive *nétes*, *besnétes* sive *nabodes* et sic perordinentur, prout gradus proximitatis ordinariter / [..]ntur. Volens, ordinans et expresse mandans quod filii et nepotes sive de filiabus meis vel aliquis qui successuri sunt in dictis castro et hereditate ex testamento vel ab intestato, vocentur et nominentur cognomine meo de March, et in sigillo et armis, et in aliis in quibus solitum est fieri signum, faciant et portent signum meum de March. Volens perpetuo ipsum castrum et dictam meam hereditatem in mea familia remanere. Et rogo, si qui essent qui ex dispositione mea seu preter vel contra ex testamento vel ab intestato, qui hereditatem meam haberent, ut est dictum in predicta, omnia et singula non servarent, quod hereditas mea in dictum castrum restitueretur absque deductione aliqua quarte treballianice seu iure institutionis proximioribus meis, qui tunc viverent et vellent predicta observare, dum tamen non essent in sacris seu in ordine religionis. Et si essent duo in pari gradu et essent masculus et femina, masculus preferatur. Et si essent duo masculi in pari gradu, quod ad ambos perveniat dicta mea hereditas, et uterque ipsorum vocaretur cognomine de March, et facerent et portent signum meum, ut est dictum. Ego enim sequendo vestigia domini patris mei et iuxta disposita per eum et ordinata in penam non servantis predicta, ne de nomine meo exeat^{bm} dictum castrum, invito et voco ad

hereditatem et successionem dicti castri et hereditatis mee et paterne hereditatis proximiores in gradu, qui servare voluerint omnia et singula supradicta per me superius ordinata, transferens omnia iura patronatus in dictum Iacmonum, filium meum, et in alios sibi et michi succedentes.

Volo etiam quod de predictis voluntatibus meis dentur in monasterio Beate Marie de Petris Albis, pro piantantia monialium dicti monasterii, quinquaginta solidos. Item, Sororibus Predicatoris^{bn} Barchinone, pro piantantia, triginta solidos. Item, dominabus de Ionqueriis, / pro piantantia, triginta solidos. Item, volo et mando quod dicti mei manumissores teneantur emere de bonis meis quindecim solidos sensuales rendales et perpetuales in nuda perceptione ad opus unius lampade, que ardeat die et nocte coram altari^{bo} Beate Marie de Monte Serrato. Item, volo quod dentur cuilibet scutifero, qui mecum manserit die obitus mei, viginti solidi. Et ultra hoc volo quod solvatur eis illud quod eis ego tunc debuero, secundum quod invenirent scriptum in libro meo.

Hec est ultima voluntas mea, quam volo valere iure testamenti. Et si forsan non valet aut non valebit iure testamenti, saltem valeat ac valere possit iure codicillorum vel alterius cuiuslibet ultime voluntatis, prout melius de iure valere poterit et tenere.

Actum est hoc in castro de Elapruyano, vicesima nona die madii, anno a nativitate Domini millesimo trecentesimo sexagesimo nono.

Sig+num Iacobi Marci, predicti, qui hec laudo et firmo.

Testes rogati huius rei sunt: venerabilis Bernardus de Corbaria, domicellus, Guillelmus Folquerii, beneficiatus in capella Beate Marie de Brugariis, Petrus Panyella, de termino castri de Corbaria, et Berengarius Bertrandi, avanturarius, de civitate Gerunde.^{bp}

Die martis, sexta decima die octobris, anno a nativitate Domini millesimo trecentesimo septuagesimo quinto, fuit publicatum presens testamentum de voluntate venerabilium Iacobi Fivellerii et Iacobi de Valle Siccha, licentiati in legibus, manumissorum predictorum, absente venerabili Iacobo de Besanta, et defuncto venerabili Iohanne de Vallo, et presente etiam dicto venerabili Iacomo Marci, presentibus testibus: venerabili Raimundo de Materone et Anthonio sa Plana, scriptore.

Barcelona, 23 de juny de 1993

a. *Al marge esquerra i en lletra humanística* Et aliud magnifico Iacobo Marchi, militi, domino de Araprunyano, per me Galcerandum Balaguer, notarium Barchinone, tenentem scripturas scribanie dicti Guillelmi de Sancto Hilario, quondam, connotarii mei, decima quarta die aprilis, anno M CCCC LXXXI^o. b. *Al damunt del nom, dues ratlletes obliqües per a indicar la ferma.* c. *detentus, al ms dotentus.* d. *solvantur, al ms. solvaantur.*

e. *Segueix ratllat facte.* f. *Sancte, al ms. Sacte.* g. *operibus amb abreviatuura supèrflua ratllada.* h. *ducentis, la vocal o escrita sobre i.*

i. centum, *al ms. contum.* k. *un estrip afecta el foli i fa il·legible una paraula.* l. dimito *amb abreviatura supèrflua ratllada.* m. capelle Sancti Marchi... alia iura patronatus *interliniat.* n. *Segueix ratllat* Item domina Bernarda pro quodam hospicio in nuda perceptione centum solidos item Mameta capellera pro uno hospicio in nuda perceptione quinquaginta quatuor solidos. o. Item Na Bernarda... quinquaginta quatuor solidos *escrit al marge esquerre.* p. fatichis, *al ms. fatichais.* q. faneguis, *la vocal i escrita sobre a.* r. laudimiis, *la vocal i final escrita sobre o.* s. fatichis, *la vocal i final escrita sobre a.* t. *Vegeu la nota r.* u. Item Ffrancischus *interliniat i escrit damunt* Item Facischus *ratllat.* v. *Vegeu la nota r.* w. *Vegeu la nota s.* x. plantada, *la consonant t final escrita sobre d.* y. *Vegeu la nota r.* z. *Vegeu la nota s.* ab. *Vegeu la nota r.* ac. *Vegeu la nota s.* ad. *Vegeu la nota s.* ae. *Vegeu la nota r.* af. *Vegeu la nota s.* ag. *Segueix ratllat* al. ah. *Vegeu la nota r.* ai. *Vegeu la nota s.* ak. *Vegeu la nota r.* al. *Vegeu la nota s.* am. *Vegeu la nota r.* an. *Vegeu la nota s.* ao. Item Iacobus... decem et octo solidos *interliniat.* ap. *Vegeu la nota r.* aq. *Vegeu la nota s.* ar. Anthonii, *la vocal final i escrita sobre el signe abreviatuu d'us.* as. intratis, *la vocal i final escrita sobre a.* at. *Vegeu la nota ar.* au. dicti denarii, *amdues paraules amb s final ratllada.* av. denarii, *al ms. denarios.* aw. *Vegeu la nota as.* ax. *Vegeu la nota au.* ay. trecenti, *la vocal i escrita sobre o i segueix ratllat s.* az. *Vegeu la nota au.* ba. *Id.* bb. *Id.* bc. *Segueix ratllat* legatu. bd. *Segueix ratllat* meus. be. meus *interliniat.* bf. et *interliniat i escrit damunt una paraula ratllada il·legible.* bg. aliis *interliniat i escrit damunt* alibus *ratllat.* bh. *sensuale amb abreviatura supèrflua ratllada.*

bi. *Segueix ratllat* laudo. bk. instituo *manca al ms.* bl. natu *interliniat i escrit damunt* nu *ratllat.* bm. exeat *interliniat i escrit damunt* exat *ratllat.* bn. sororibus *predicatoreisis, al ms. sorores predicatoresas.*- bo. altari, *la vocal i escrita sobre e.*

bp. *Tot l'instrument ratllat amb tres ratlles verticals.*

GENEALOGIA DE LA FAMILIA MARC
DE JAUME MARC I A AUSIÀS MARC

